



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Epistola Episcopo Placentino.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

eo edito in Synodo prouinciali quinta indiximus, hoc anno die decimo mensis Maij, de more in Basilica nostra Metropolitana habebimus. His igitur nostris literis, vos ad illud inuitare voluimus. Quare aliquos certos procuratores ad constitutam eam diem huc mittatis licet, qui & ipsi presentes in Concilio adsint, & nos instruere ijs de rebus possint, quæ ad vos, vestrumque Capitulum aliqua ratione pertineant. Valete in Domino. Dat.

E P I S T O L A  
Ad Reuerendos testes Synodales.

**R**iuer. & dilecte in Christo. Superiore proximo Concilio quinto te delegimus, qui in ista Dioecesi N. Synodi prouincialis sextæ, quæ hoc ipso anno 1582. die decimo mēlis Maij futura est, causa, testem Synodalem gereres. Quare his literis te monitum esse volumus, ut cum ad decretorum, quæ de testibus Synodalibus in Concilio prouinciali quarto edidimus præscriptum, in omnem istius officii curam incumbas, quo oporet diligēti sinceroq; studio; tum etiam quidquid pia ista tua opera accurataq; solertia inuestigando perspexeris, quod aliqua opus habeat correctione, & reformatione, id omne rectè atque ordine notatum, ad nos duobus ante statam Synodi prouincialis future diem mensibus (id quod etiam eodem quarto charitati tuae præscriptum est) mittas. Agere autem debes cum R.D.N. quem alterum testem synodalem istic in vrbe N. delegimus, ut constituta die unus vestrum præsens in Concilio omnino adsit, ea coram relaturus, quæ sancte iuratus, nobis interrogantibus respondere debet. At verò vbi inter vos fortassis non consentientes, aut anticipates in deliberando eritis, vter vestrum ad Concilium accedat; tunc ambo planè accedatis, id præstatuiri, quod Decreto prouinciali vobis præscriptum. Et quoniam fortassis adhuc iuslurandum, quod ex Decreto prouinciali præstare debes, minime prætitisti; Ideo abste illud ex præcripta formula istic Reuerendiss. Episcopo tuo N. præstari iubemus; cuius

rei facultatem literis nostris dedimus atque impartiri sumus. In istius vero synodalis officii munere, quod charitati tuæ commisimus, si forte nullum adhuc tempus posuisti, tuæ partes sunt, cum illud tam religiosè præstare debeas, in præsenti curam eo diligentiorē adhibere, vt accurato & opportuno studio illius partes expreas. Quod charitatem tuam facturam esse speramus & confidimus. Vale in Domino. Mediolani die &c.

Eadem quoque epistola scripta est ad testes synodales vrbis ac dioecesis Mediolan. ijs omissis, quæ de eorum altero vel vtroque ad Concilium venturo, itemque de iuslurando præstanto mox supra posita sunt. Ab ijs verbis scilicet, Agere autem debes, vsque ad finem.

Epistolas item singulas ad Reuerendissimos Episcopos Cremonensem, & Bergomensem pro concionibus habendas in 2. & 3. sessione, & Reuerendissimo Episcopo Alexand. pro concione mortuorum, huius sententiae scripsit.

Reuerendissime Domine. Exploratum nobis est, concionis, quam ab Episcopo prouinciae in N. Concilii sessione haberi decreuimus, munus ab Reuerendissima Amplitudine tua posse, & vir tutum episcopali studio, & rerum ecclesiasticarum vsu doctrinaque egregie præstari. Quamobrem episcopali charitati sua hanc curam dandam statuimus, vt latinam eiusmodi orationem concionem paret, quæ sanctioris disciplinæ institutis atq; officiis exculta, quā vberimos ope diuina fructus afferre possit synodalium actionum. Id igitur munus pro religiosis animi sui zelo vt diligenter recipiat, magnoperè ab Amplitudine T. Reuerendis. postulamus, cui & Deo omnem cœlestis gratiæ cumulum precamur. Mediol. non. Februarii 1582.

Episcopo Placentino in aliam sententiam literæ fuerunt scriptæ, & per certū notarium missæ in hanc sententiam v.

Epistola Episcopo Placentino.

**C**arolus &c. Reuerendiss. Dominus Episcopo Placentino salutem in Christo Domino. Synodum prouinciale

lem sextam, quam Metropolitana nostra auctoritate in Concilio superiori Provinciali quinto, decreto prouulgato atque edito indiximus, hoc anno adiutrice diuina misericordia die decimo mensis Maij de more celebrabimus. Quo constituto & præfinito die, & si non dubitamus, quin Amplitudo T. Reuerendissima, pro eo, quod eius prædecessor Cardinalis Tranensis Metropolitanum Mediolanensem semel elegit, in cuius Provincia lem Synodum, ut Tridentino Decreto sancitum est, conuenire deberet, eiusque electionis ius deinceps Cardinalis Placentinus qui successit secutus, Conciliis nostris provincialibus intersuit; præsens etiam ipsa pro sua pastoralis curæ ecclesiasticaeque disciplinæ zelo, Synodo huic sextæ provinciali à nobis inditæ adsutura sit; tamen his quoque literis illam requirimus, ut ad constitutam diem adesse omnino velit. Quod si iusta aliqua necessitas fortasse impedierit, quominus debitum hoc munus ipsa per se obire possit; prætermisso huius officij causam rationemque scribat, tum ecclesiasticum hominem mittat, qui nomine suo recipiat, quæcunque in conciliaribus provincialium rerum tractationibus acta, gesta, decreta ve à nobis erunt. Deus Amplitudinem tuam Reuerendissimam diu benè valentem omni cœlestis dono gratiæ in dies augeat & cumulet. Mediolani Idibus Martii 1582. Sig. Carol. Cardin. tit. Sanctæ Praxedis Archiepiscopus Mediolani, & subscrip. M. Antonius Bellinus Cancell.

Die Sabbati 31. Martii. Ante Dominicam Lazarii, ad præscriptum Concilii provincialis quarti sicut proposta, & valuis Ecclesiæ Metropolitanæ, ac aliarum collegiarum vrbis, & solitis publicis locis affixa tabella per publicos seruitores Curiæ Archiepiscopalæ, literis grandiusculis exarata, inductionis & promulgationis Concilii celebrandi ut supra in Concil. 6.

Die 21. Aprilis Sabbato in Albis, Præpositi collegiarum, Parochi, & concessionares omnes vrbis, pro processionibus & supplicationibus obeundis, & Missa conuentuali de Spiritu sancto celebranda pro Concilio provinciali VI.

his literis fuerunt moniti de mandato Illustrissimi Metropolitani.

Di ordine di Monsig. Illustriss. Cardinale Arcivescouo, si ausano tutti gli Reueren. Sig. Preuosti, Capitoli, e Parochi di questa Città, che tutte le Domeniche, cominciando dimani, sino al fine del Concilio prouinciale sexto, che si celebra alli 10. di Maggio, si ha da fare processione, e cantare le letanie in ogni Chiesa collegiata e parochiale, per impetrare aiuto da Dio in questa attione conciliare: & nel medemo tempo ciascuna feria quinta per questo istesso effetto si harà da dire la Messa dello Spirito Santo cantata e non cantata: & occorrendo impedimento di officio solenne, se ne harà da fare la commemoratione secondo il decreto del Concilio prouinciale quarto: e parimente ogni parocco e predicatore di questa Città, in queste tre Domeniche prossime lo raccorderà e raccomandará alle orationi del suo popolo; esortandolo anco particolarmente per questo à pie, devote, & instanti orationi, & alla santissima communione la Domenica immediate auanti esso Concilio. Dal'Arcivescouo alli 21. Aprile 1582. Subscrip.

M. Antonius Bellinus Cancell.

Quod verò celebratio huius sexti Concilij prouincialis spiritualibus donis & thesauris magis augeretur, & illustris magis foret, Sanctiss. D. N. D. Gregorius Papa XIII. pro sua paterna & singulari charitate erga hanc ciuitatē Mediolani suas pontificias literas Indulgenciarum plenariæ dedit.

De more promulgatoriæ schedulae Indulgenciarum plenariæ per vniuersam Ciuitatem edita & exposita fuerunt.

Quod verò grauissima hæc conciliaris actio diuino præsidio & auxilio magis communiret, Illustrissimus D. Cardinals Archiepiscopus orationem sine intermissione primò in Diœcesi, literis ad omnes Vicarios foraneos in hanc quæ sequitur sententiam scripsi indit.

Epistæ

